

PRIMA PARS: XII
Tabella motus Lunæ.

G.	γ	ϟ	π	Ϛ	Ϟ	Ϟ	Ϛ	π	ϟ	γ	Ϟ	Ϛ	π
0	4	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0	
2	4	9	10	8	6	8	13	16	14	8	1	0	
4	5	9	10	8	6	8	13	16	14	7	1	0	
6	5	9	10	8	6	9	13	16	14	7	1	1	
8	5	10	10	7	6	9	14	16	13	6	1	1	
10	6	10	10	7	6	9	14	16	13	6	0	1	
12	6	10	10	7	6	9	14	16	13	5	0	1	
14	6	10	10	7	6	10	15	16	12	5	0	1	
16	7	10	10	7	6	10	15	16	12	4	0	2	
18	7	10	9	6	6	10	15	16	11	4	0	2	
20	7	10	9	6	7	11	15	16	11	3	0	2	
22	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3	
24	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3	
26	8	10	9	6	7	12	16	15	9	2	0	3	
28	8	10	8	6	7	12	16	15	9	2	0	4	
30	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0	4	

Coniunctiones & aspectus luminarium, planetarumque, secundum affectionem stellarum fixarum, prope quas contingunt, alias atque alias effectus inducere. Canon XXI.

Quod hoc in loco proponitur, Aristoteles tertio problemate, primæ particulæ: Plinius quoque secundo libro suæ naturalis historiæ, cap. 39. confirmant. Pernoscenda igitur sunt stellarum fixarum uera loca habitudinesque. Nam syderum ortus, Orionis, Arcturi, Vergiliarum, Caniculæ, flatus, imbræque excitant, & serenitates, frigora, temoresque solent afferre. Necque meantium modo syderum, ut plerique existimant, haec uis est, sed multorum etiam adhaerentium cœlo, quoties errantium accessu impulsa, aut coniectu radiorum extimulata sunt, qualiter in suculis sentimus accidere, quas Græci ob id pluuiio nomine *vædæs* appellant. Quin etiam in hominum genitüris experimur, stellas fixas grandes atque admirabiles donare fœlicitates. Ad eam itaque rem tabulam quarundam insignium stellarum fixarum adiunximus, qua & ortus, occasus, atque utriuscunque cœli mediationes ad oculum patebunt, pro meridiano ac poli eleuatione 49. $\frac{1}{2}$. Vt in exemplo.

Venter ceti oritur cum gra. 5. mi. 47. π, quare cum Sol fuerit in gr. 5. mi. 47. π, oritur cum uentre ceti. Eadē etiam stella occidit cum gra. 4. mi. 48. γ, in quo gr. & mi. huius signi, si Sol fuerit, eo die occidit cum tali stella &c. Ad habendum autem coortus planetarum, qui habent latitudinem ab ecliptica, consule tabulas directio- num Magistri Ioannis de Monte regio. Vide etiam angulos figuræ natuitatis, uel alterius principij. Nam si horoscopus illius figuræ quadrat cum signo, gradu, & mi. ortus, alicuius stellæ ibidem positæ, scias eandem stellam directe esse sitam in gradu ascendentis, sic uide etiam de reliquis angulis.

Tabula